Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75

Signatur: Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

karissime viduas magne etatis matri
ac etiam clare fame / quod dei servicio se vo
luit mancipare / cum enim sorores ille et
careant omni clausura / quelibet stat in propria
domo / nichil omnino est quod quelibet sciat se rege
re per se ipsam / huius visionis etiam apertius et
lacius in capitulo immediate sequenti dante
domino lector percipies. Set nunc ystoriam
prosequamur. Revertitur igitur lapa mater
ad virginem natam / cum visis / filie quidem
non grato / set quasi multum non ingrato /
Virgo autem vero de sua fiducia in nullo
propter hoc mota / sciens promissorum tam
gloriosi patris nullatenus posse defficere /
omnimodoque adimpleri debere. Iterum stat /
persuadendo matri / quod propter hanc visionem
nequaquam desisteret a rogatu / quin pocius
opportune ac importune apud dictas so-
rores / pro dicto habitu obtinendo insisteret.
Set cum illa nate precibus victa perficeret.
semper idem reportabat responsum /
¶ Inter hec contigit ipsam virginem infirmari
infirmitate quadam corporea / qua solet
communiter iuvenes antequam ad etatem maturam
perveniant molestari. Et forsitan exces
sivus calor quem sub ferventibus aquis
sustinuerat fuit in causa / pocius ego pu
to totum ex divina providencia / non sine
misterio processisse. Repleta siquidem est
tota corpusculi eius cutis / quibusdam pustul(is)
sive apostematibus parvulis / ut more medi
corum loquamur / ita ut figura eius discerni
non posset. Et cum hec / febris non modica
careretur. Quod cernens lapa mater. que
quamvis omnes filios et filias diligeret
tenere. hanc tamen quia proprio nutri
verat lacte diligebat tenerius / cepit ve
hementer affligi / nec erat unde posset carere /
quod hec ex abstinencia processisset. quia infir
mitas illa magis ex superfluitate quam

ex deffectu procedere videbatur. Faciebat enim ad
hoc / quod pueris et puellis / eadem infirmitas
est communis. Sicque afflicta mater iuxta lectu
lum filie sedens / quecumque communiter remedia quo po
terat adhibebat. et ipsam verbis quibus sci
ebat consolabatur. Set illa que dum infirmabatur
forcior erat in desiderio mentis sue. vi
dens tempus aptandi matrem / ad comple
mentum eius quod cupiebat. sapienter et dul
citer respondebat. Si vultis dilectissima
mater quod bene valeam et confortet / facia
tis quod desiderium meum / de habitu sororum
de penitencia beati dominici compleatur. Alioquin pa
tis dubito / quod deus et beatus dominicus qui me
vocant ad servicium sanctum suum / facient
taliter / quod nec in isto nec in alio habitu
me poteritis plus videre. Quod visum
audiens semel et pluries mater eius / in
primo territa / et de morte filie pavida / pro
sorores sepedictas festinanter adiit / ipsasque
tam ferventer est allocuta / quod victe precibus
mutaverunt visum. dicentes. Si non est
nimis de suo corpore speciosa vel pulchra
/ propter suum desiderium tam attensum reci
piemus eam. Si autem esset nimis ut dici
mus pulchra / timemus de periculis propter ma
liciam hominum que nunc regnat in mundo
Quapropter in tali casu nullo modo consentiremus
quibus mater dixit / venite et videte ac
vos ipse hoc iudicate. Tunc duas vel qua
tuor ex se maturas ceteris magis perfectas
et discretas / cum lapa miserunt ad vir
ginem decumbentem / que et corporis dispo
sicionem aspicerent / et spiritus mentale
desiderium indagarent. Que venientes
quamvis sancte virginis speciositatem vide
re non possent. tum quia naturaliter non inerat
ex toto sive. tum eciam quia infirmitas illa
iam totum corpus eius infecerat. quod vix
poterat figura eius discerni / verba tamen